

Johann Gabriel Pries


**De Variis Textvs N. T. Graeci Lectionibvs, Codicis Sacri Avctoritati Non  
Repvgnantibvs : Qvvm Ad Natalem ... Domini Friderici, Dvcis Regnantis  
Meclenbvrgici ... A. MDCCLXVI. D. V. Idvvm Novembris Rede vntem, ...  
Orationibvs Celebrandvm Patres Vtriusqve Rei Pvblicaе Officiosissime Invitaret**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1766]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881585440>

Druck Freier  Zugang






*MK-9453. (2)*





## Inhalt:

Progr. z. Geburtstagsfeier des Landesfürst. 1754. m. Ath. Pries, Jon. XLII, 43.	
Progr. z. Geburtstagsfeier des Landesfürsten 1755. m. Ath.: Pries, De div. leg. Mosaic. praesentia.	
" " " " " "	<sup>1756</sup>
" " " " " "	1757.
" " " " " "	1759. " " De Fructibus theocratia.
" " " " " "	1763. " " De Henrico Pacifico.
" zur Friedensfeier --	1763. [1762 steht <u>Mk. 55</u> <sup>16</sup> .]
" Geburtstagsf. d. " " "	1764. " " De Litt. apud Romanos.
" " " " " "	1765. " " De facti alicui imputatione.
" " " " " "	<sup>1766</sup>
" " " " " "	1767. " " De variis textus N. T. gr. lectionibus.
" " " " " "	" " De divina stili script. N. T. autoritate.
" " " " " "	1768. " " De LXX interpretibus.
" " " " " "	1769. " " De volupt. ex relig. percipienda.
" " " " " "	1770. " " De script. profanis.
" " " " " "	1771. " " De Facili in reb. sacris ignorantia.
" " " " " "	1772. " " De temporis et aeternitatis conceptu.
" " " " " "	1773. " " Joh. I, 1, 4.
" " " " " "	1774. " " De E. Karwoodii libello de symbolo Athenesiano.
" Reformationst. 31. Oct. 1775.	
" Geburtstagsf. d. Landesherm 1775. " " De Christo ...	
" " " " " "	1776. " " De can. libr. V. T. auctoritate.
" " " " " "	1777. " " De Edda Islandica.
" " " " " "	1778. " " De anthropodaemonibus.
" Gedenknißf. f. Herzog Friedrich 1785.	
" Einführung d. Direct. Fuhs. 1789. " Piper, Ab. Einrichtung d. Domschule.	
" off. Schulprüfung 1789.	
" Cantate z. Lehrer. Einführung 1789.	
" " " " " "	1792.
" " " " " "	1793. (Winter)
" " " " " "	1793. (Sommer) m. Ath.: Fuhs, Ex Evang. ostenditur, quomodo...
" " " " " "	1796.



DE  
VARIIS TEXTVS N. T. GRAECI LECTIONIBVS,  
CODICIS SACRI  
AVCTORITATI NON REPVGNANTIBVS,

QVVM AD  
NATALEM SERENISSIMI  
DVCIS ATQVE PRINCIPIS,  
DOMINI  
FRIDERICI,  
DVCIS REGNANTIS MECLENBVRGICI,  
PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI,  
ET RACEBVRGI, COMITIS ITEM SVERINENSIS,  
TERRARVM ROSTOCHII, ATQVE STARGARDIAE  
DYNASTAE,  
DOMINI ET NVTRITORIS NOSTRI  
CLEMENTISSIMI,

FAVSTIS SIDERIBVS  
A. MDCCLXVI. D. V. IDVVM NOVEMBRIS  
REDEVNTEM,  
PVBLICEQVE IN GYMNASII AVDITORIO MAIORI  
SOLLEMNIORIBVS  
ORATIONIBVS CELEBRANDVM,  
PATRES VTRIVSQUE REI PVBLICAE  
OFFICIOSISSIME INVITARET,

PAVCA PRAEFATVR  
M. IOANNES GABRIEL PRIES,  
DVCALIS GYMNASII RECTOR.


ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.



DE  
VAENS TEXTVS N. T. GRAECCI LECTIOIBVS  
CODICIS SACRI  
AVCTORITATE NON REVOGANANTIVS

CLM AD  
NATALIEM SERENISSIMI  
DVCE ATQVE PRINCIPIS  
DOMINI

F R I D E R I C I  
DVCE REGNANTIS MECLENBVRGICI  
PRINCIPIS VETVSTAE CIVITATIS HENRICHAE EVERINI  
ET RACEBVRGII COMITIS HENRICHAE EVERINIENSIS  
TERRARVM ROSTOCKENSIVM ET STARGARDIAE




DOMINI ET NOSTRI  
CLEMENSIS  
FAVETIS  
A MDCCCLXVI D. V. ID. NOVEMBRIIS

RECTORUM  
PUBLICE IN GYMNASII AVDTORIO MAIORI  
SOLENNITIBVS  
GRATIONIBVS DELIBERANDVM  
PARET VTRIVSQVE REI PBLICAE  
CIVICISSIME INVITARE

M. IOANNES GABRIEL PRIES  
DECANVS GYMNASII RECTOR

ROSTOCKII  
LITTERIS - ADPHELIANIS



habet, recte latinis. In graecismo nobis veritas videtur  
 errore, quod quod ab ipse laetis andorpha hunc vel castan  
 reprobans. Sicut enim, qui diuina tempora duo codices  
 duorum aliorum ad ecclesiam orientalem, aliorum ad occidentem  
 rem mittit, cuius scripturae iam in Graeco-Latinis exem-  
 plaribus deprehenduntur, sacrorum auctoritatem manu esse cor-  
 ruptam, sibi et aliis persuadent. At pariter haec aucta quod  
 nos inuadit et solentis, omnibus antiquitatis testimonio de-  
 stituta, a vero abest. Graecorum, non ignorant, qui spiritum  
 sanctum, librorum N. T. auctorem, nec sibi  
 nec scriptoribus, hinc assentiantur et instabantur



**N**on dubito, fore plerosque, qui quaestionem de le-  
 ctionum textus N. T. graeci varietate, omni, in  
 primis hac aetate, fidei nostrae perniciosorum  
 errorum admodum fertili, omni studio, cura et  
 diligentia esse dignissimam, iudicent. Sacro-  
 rum enim christianorum hostes ac irrisores, quum istas  
 lectiones vocum et versuum N. T. numerum multitudi-  
 ne sua longe superare, relatum legant; de eius textus in-  
 tegrirate, doctrinarum sanctitate, et viuendi normae di-  
 gnitate iam actum esse, clamitant a). Salutis vero suae  
 cupidi,

a) Habet N. T. ex computatione  
 LEVSDENII in Comp. graeco 7959  
 versus, et 4956 voces, ad quas MIL-  
 LIVS, Theologus Britannicus, Canoni-  
 cus Cantuariensis, et aulae Edmundinae  
 Oxoniensis Praefectus, ultra triginta  
 millia variarum lectionum herculeo

quasi labore quaesivit. Sed nihil  
 est, quod mireris. Falsis enim et  
 spuris de hac summa detractis, veri  
 nominis lectionum numerus erit exi-  
 guus. Et si eodem modo lectiones  
 ex profanorum scriptorum libris col-  
 ligeres, certum est, longe plures col-  
 lectum


A 2



cupidi, religiosi ac sancti, artis tamen criticae rudes, et plane ignari, quo, christianis rebus adeo desperatis, se verant, utique nescire, ingenue fatentur. Nobis si dicendum est, quod sentimus; eas doctrinae sanctioris fundamenta non subvertere, sed ad corroborandam fidem nostram multum adferre, persuasum habemus. Est vero in re tanti momenti ac ponderis eo videndum, ut de vi ac potestate, quam illa vox habet, recte sentiamus. In grauissimo nobis versari videntur errore, quotquot ab ipsis sacris auctoribus huius rei causam repetunt. Sunt enim, qui diuersis temporibus duo codices, quorum alter sit ad ecclesiam orientalem, alter ad occidentalem missus, cuius reliquiae iam iam in Graeco-Latinis exemplaribus deprehendantur, sacrorum auctorum manu esse scriptos, sibi et aliis persuadent. At quantum haec, antea apud nos inaudita et insolens, omnique antiquitatis testimonio destituta, a vero aberret sententia, non ignorant, qui Spiritum Sanctum, librorum N. T. auctorem, nec sibi contradicere, nec scriptoribus, illius afflatu diuino et instinctu ad scribendum compulsis, posse conceptus suggerere contrarios, sunt probe edocti. Concedi potest, tantam lectionum saepius esse posse differentiam, ut qua ratione sint ortae, aut quaenam, tanquam omnium prima, genuina, diuina et apostolica sit reliquis praeferenda, Criticorum facile principem fugiat. Sed qui ita de profanis auctoribus, eorumque libris sentiat et cogitet, arbitror, fore neminem. Alii coniecturis Criticorum non modo nimis fauent, sed ad arbitrium eas augent. Relinquitur coniecturis in arte N. T. critica locus non nisi rarissime, quum res ipsa, orationis series, scriptoris stilus, et linguae genius non repugnent. Res agitur diuina, hincque est, quod iure meritoque verearis, ne partium studium, animi leuitas, et ingenium vagum et temerarium sanctiori doctrinae pesti-

lectum iri. Hinc eruditissimus BENTLEIUS in animaduersionibus suis ad tractatum COLLINI de libertate cogitandi monet, se in solo TERENTIO 20000 varias lectiones

obseruasse: neque ipsi dubium est, quin eorum numerus facile usque ad 50000 augeri posset, si quis omnes, qui extant, TERENTII codices, accurato examini subiicere vellet.



pestiferos gignat errores. Summa quoque opus est cautione in lectionibus ex Patrum scriptis et versionibus colligendis. Patres enim in locis sacri codicis adferendis memoriam defecisse, eosque non verborum, sed potius sensus rationem habuisse, quis est, qui nesciat? Et sic quoque inter eruditos constat, versiones saepius esse ex versionibus ortas, hincque earum lectiones varias, quas translatoris, aut librarii errores rectius nominaveris, ex hoc delendas esse numero. Idem denique dicendum est de lectionibus in adulterinis Nazaraeorum et Ebionitarum euangeliis obuiis. Quid rei, quaeso, si essent genuina, illis est cum N. T. eiusque lectionibus? Melius igitur iudicant, qui, tot falsi nominis reiectis lectionibus, ex graecis probatae fidei, iisque antiquis codicibus, tanquam ex suo fonte deducunt. Erant illi codices verborum notis, sine vlla distinctione, vllis punctis, colis, et commatibus conscripti, multae erant in iis voces, vi atque temporis iniuria fere deletae, longe plures nec concinne, nec accurate consignatae, erant nec librarii a Spiritu S. in iis describendis agitati, quemadmodum eodem duce sacri auctores omnis erroris fuerunt expertes. Erant, qui dictantis verba notis excipiebant, quorum exemplar alii describebant, et sic saepe accidit, vt scribendi notas falso sint interpretati. b) Quid hinc mirum est, quod

b) Iam ORIGENIS aetate Scripturae compendia in vfu fuisse, harum rerum periti affirmant. Primam tantum atque vltimam, interdum et mediam litteram, pro integra voce ponebant, linea superducta, v. g. θς, κς, ις, χς, υς, ση, ιηλ, vel ισλ, ιλημ, πρα, μρα, δαδ, pro θεός, κύριος, ἰησῦς, χριστός, υἱός, σατῆρ, ἱερουσαλήμ, πατέρ, μητέρα,

Δαυῖδ. Hinc est, quod in nonnullis codicibus Luc. Cap. II. v. 38. pro ἱερουσαλήμ legitur ἰσραήλ, i. e. ἰηλ pro ἰλημ. et Act. cap. XIII, v. 23. σωτηρίαν pro σωτήρ, ἰησῦν, h. e. σριαν pro σρα ἰν. Numeros quoque designant litteris, cuius rei in Apocalypsi Α et Ω, primus s. vnus, et vltimus, extat documentum. Hinc et

A 3



quod oculorum aut aurium vitio, aut memoriae lapsu quaedam minus accurate legerint, intellexerint, quaedam omiserint, voces cognatas permutarint, et alias addiderint c). Quot et quantis opus fuisset per tot saecula miraculis atque prodigiis? si Deus impedire voluisset, quo minus in nonnullos menda ac errores irrepent codices. Alia tamen ratione Deus, sacrum litterarum custos, ab omni aetate prospexit, ne totus et omnis textus N. T. graecus sit corruptus, fidesque nostra atque spes de futura salute reddatur incerta ac dubia. Res claris argumentis signisque lucet. Erant quondam in re publica populi Iudaici sacra rerum gestarum tabularia, in quibus codices vatum aliorumque sacrorum auctorum manu consignati eo asseruabantur consilio, ut, re ita exigente, tabularii custos reliquos cum iis compararet, eorumque conuenientiam tam quoad integras sententias, quam quoad singulas voces exacto subiiceret examini, Ierem. Cap. XXXVI. cuius exemplum christianam ciuitatem, quae ex Synagoga Iudaica erat nata, iam a prima aetate fuisse sequutam, eo minus est dubitandum, quo certius constat, quod in hanc iidem fuerint ritus tam cultus publici, quam status sacri translati. Audiamus huius rei testem, omni fide dignissimum, IGNATIUM, qui in epistola ad Philadelphenos A. C. CXVI. ita scribit: παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράττειν, ἀλλὰ κατὰ χριστομαθείαν. Ἐπεὶ ἤκουσα τινῶν λεγόντων, ὅτι εἰάν μὴ ἐν ταῖς ἀρχαῖς εὐρα, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰς πίσυνον. Καὶ λέγοντός μου αὐταῖς, ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθητάς μοι, ὅτι πρόκειται. Ἐμοὶ δὲ ἀρχαῖά ἐστιν ἰησοῦς χριστός,

error est in versione τῶν LXX Ioh. Cap. III, v. 4. quo dies XL in hebraico, in codice graeco dies III. Nineuitis praescripti esse dicuntur. Erat numerus dieum a librario, nota M expressus, quem alius cum latina nota, quae tres denotat, oculorum vitio mutauit. Vid. WEISTENII Prolegomena in N. T. p. II. De

littera Γ per errorem in notam 78 ἐπισήμη (5) Joh. Cap. XIX, v. 14. commutata vid. FRITIVS in Introd. in lect. N. T. p. 370.

c). Exempla quam multa congescit MICHAELIS in tract. Critica de variis lectionibus N. T.



σός, κ. τ. λ. Quibus ex verbis huius caelestis doctrinae testis non difficile erit intellectu, quod primi Christi cultores non adeo fuerint inconsiderati, officiique sui immemores, ut perinde haberent, utrum genuino, an corrupto ciuitas, religioni dedita, uteretur codice, sed eos in suis tabulariis reposerint codices, qui et quoad singulos terminos et absolutas sententias autographis exacte responderunt d). Nec temporis progressu, sicuti verae doctrinae, ita et textus N. T. graeci vindices et adsertores deerant. Qui quum intelligerent, esse in ecclesia nonnullos, qui pestiferis corrupti opinionibus, textum illum sacrum peruertendo omnem darent operam, eos statim fraudis, doli et fallaciae in suis accusarunt scriptis, veramque ope exemplarium, in ipsorum tabulariis adseruatorum, ab interitu vindicarunt lectionem. Ne vberius et fusius dicam, huius rei documenta cognoscendi cupidus adeat AMBROSIVM de Spiritu S. Lib. III. Cap. XI. „Nec solum, inquit, hoc loco (Ioh. Cap. IV, v. 24. πνεῦμα ὁ Θεός) S. Spiritus θεότητα h. e. deitatem Scriptura testatur, sed etiam dominus dixit in euangelio, quoniam Deus Spiritus est. Quem locum expresse, Ariani, testificamini, esse de Spiritu, ut eum de vestris codicibus auferatis, atque vtriam de vestris, et non etiam de ecclesiae codicibus tolleritis etc.“ e). Non vero contradicemus viris eruditissimis, qui huius

d) Adiungimus huic TERTULLIANVM, qui de Praeser. adu. Haeret. ita scribit: „Age iam, qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae; percurrere ecclesias Apostolicas, apud quas ipsae adhuc cathedrae Apostolorum suis locis praesidentur, apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem, et repraesentantes faciem vniuscuiusque. Proxima est tibi Achaia? habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes

„Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiae adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas praesto est“. Tribuit igitur ecclesiis, ad quas Paullus scripserat, laudem, ex studio litteras authenticas conseruandi satis conspicuam.

e) Adeat quoque THEODORETVM Libr. I. haeret. sub tit. de TATIANO, qui ita eius crimen com-



huius criminis socios et participes fuisse Orthodoxos, hodie arbitrantur. Fieri enim potuit, ut ex inani subtilitate ac bono animo textum emendare ac corrigere, quam vitare, maluerint. Cogitent velim, quod exempla, quae adferuntur, pro adnotationibus possint haberi, ab imperitis librariis in textum relatis sacrum. Res enim, quarum memoriam ex annalium vetustate eruere debemus, coniectura adsequi non licet, sed clara ac indubia testimonia adferantur, est necesse. Id tamen vnusquisque, historiae christianae cognitione probe imbutus, facile nobis concedet, quod ipsi Deorum cultores, christiano nomini infestissimi, IULIANVS, PORPHYRIVS et alii, licet in religione multa absona, et cum recta ac vera ratione pugnantia se inuenisse, fuerint gloriati, hanc in pios christianae ciuitatis magistratos non coniecerint calumniam. Recte igitur ac praeclare AVGVSTINVS hanc rem egit contra FAVSTVM MANICHAEVVM, et eius cultores Libr. XXXII. Cap. XVI. „Quia mox, ait, ut vos falsare codices coepissetis, vetustissimorum exemplarium veritate conuinceremini. Qua igitur caussa a vobis corrumpi non possent, hac caussa a nemine potuerunt. Quisquis enim hoc primitus ausus esset, multorum codicum vetustiorum collatione confutaretur: maxime, quia non vna lingua, sed multis eadem scriptura contineretur“ f). Docet nos ille Hipponensium antistes his verbis regulas, quarum ope genuina lectio ea aetate sit

commemorat: „Is composuit euangelium, quod dicitur per quatuor, amputatis genealogiis, et aliis, quaecunque ostendunt, Dominum natum esse ex David secundum carnem. Eo autem vsi sunt non ii solum, qui sunt illius sectae, sed ii etiam, qui dogmata apostolica se non cognoscentes etc.

f) Et sic idem l. c. Libr. IX. Cap. II. scribit: „Si de fide exemplarium

„quaestio verteretur, sicut in nonnullis, quae et paucae sunt, et sacrarum litterarum studiosis notissima sententiarum varietates, vel ex aliarum regionum codicibus, vnde ipsa doctrina comueatit, nostra dubitatio diiudicaretur; vel si ibi quoque codices variarent, plures paucioribus, aut vetustiores recentioribus, praeferrerentur; et si adhuc esset incerta varietas, praecedens lingua consuleretur.



fit inuestiganda, dum praecipit, eam esse ceteris praeferen-  
dam, quae et cum antiquissimis versionibus v. g. Syriaca ac  
Itala, nunc vulgata, et codicibus, omni fide et auctoritate di-  
gnissimis consentiat. Quas regulas viri, in arte critica ver-  
fatissimi, MILLIUS, PFAFFIUS, BENGELIUS, GERHARDUS  
van MASTRICHT, WHITBY et alii non modo adprobant, sed  
et in primis requirunt lectionis consensum cum parallelismo  
reali et verbali, cum orationis forma et nexu, et Patrum scri-  
ptis, ac denique cum reliquis fidei capitibus. Ad has si reuo-  
camus singula lectionum genera; facile intelliges, earum nul-  
lum litterarum Sacrarum auctoritati repugnare. Sunt vero  
ex mente KVSTERI in praef. ad MILLII N. T. quatuor le-  
ctionum genera. Primum complectitur librariorum errores,  
ac haereticorum fraudes, a Patribus detectas; alterum dubias  
sub se comprehendit lectiones, seu Patrum allegationes. V-  
trumque genus ex veri nominis lectionum catalogo esse tol-  
lendum, iam supra probauimus. Ad tertium genus referun-  
tur lectiones quidem vere tales, sed nullius momenti. Sic  
auctoritati codicis sacri diuinae non contrariatur, siue legas  
Matth. Cap. V, v. 24. *διαλλάγηθι*, siue *καταλλάγηθι*, siue  
*ἐλθῶν*, siue *προσελθῶν*, siue *πρόσφερε*, siue *προσφέρεις*. Parum  
quoque refert, vtrum Cap. IX, v. 18. legatur *λαλῆντος*, an *λέ-  
γοντος*, vtrum *ἀρχῶν ἐλθῶν*, an *ἀρχῶν εἰς ἐλθῶν*, an *ἀρχῶν τις  
προσελθῶν τῷ Ἰησοῦ*. Sane quoque nihil interest, quando sin-  
gularis pro plurali ponitur Matth. Cap. III, 8. *καρπὸς ἀξίος*,  
pro quo alii codices *καρπὸν ἄξιον*. Et sic perinde est ei, cui  
mens non laeua est, vtrum Act. Cap. XX, v. 28. legatur *τῷ  
Κυρίῳ*, an *τῷ Κυρίῳ καὶ θεῷ*, an cum Syro *Χριστῷ*. Ad quartum  
denique genus reuocantur maximi momenti lectiones, quarum  
ex numero est I Ioh. V, v. 7. Sed et haec lectio sacri codi-  
cis auctoritatem ac dignitatem eo facilius tuetur, quo certius  
constat, quod et hoc fidei nostrae caput ab aliis tam V. quam  
N. T. scriptoribus quam plurimis locis sit traditum. Operae  
non pretium mihi esse videtur, virorum, praeclara eruditione

B

orna-





ornatorum testimonia adferre, quum res ipsa sit in se satis clara ac perspicua. At quum in concilio Tridentino versio vulgata latina pro authentica fuerit habita, non a re nostra alienum esse arbitror, Patris illius Purpurati BELLARMINI iudicium adiungere. „Varietates istae, inquit Lib. II. de verbo „Dei Cap. II. non sunt tanti momenti, vt in iis, quae ad vitam et mores pertinent, Sanctae Scripturae integritas desideretur: plerumque enim differentia est in dictionibus quibusdam posita, quae sensum aut parum, aut nihil mutant“ g). Nos igitur laudemus et celebremus curam Dei et prouidentiam, qui ita nostrae salutis, et rebus christianis consuluit, vt tot codicum millia in omnibus ac singulis capitibus, ad fidem caelestem et morum doctrinam pertinentibus, ad veritatis et pietatis defensionem apprime conspirent.

Sed et Deo Optimo Maximo annale persoluamus munus. PLINIUS, Bithyniae Proprætor, de natali TRAIANI scripsit: vota priorum annorum nuncupata alacres lætique persoluimus, nouaque rursus, curante commilitonum et prouincialium pietate, suscepimus. Quod ergo precati sumus ab immortali Deo superioribus annis pro incolumitate nostri Serenissimi Ducis, ac Principis FRIDERICI, Domini nostri longe clementissimi, pro otio patriae, pro felicitate omnium bonorum, eiusque deuotionis nunc omnium iudicio conuicti sumus; laetari certe nos oportet, Deoque tantorum munerum

g) Concilii huius decretum in sessione quarta ita se habet: „Insuper „eadem sacrosancta Synodus, considerans, non parum utilitatis accedere posse ecclesiae Dei, si ex „omnibus latinis editionibus, quae „circumferuntur, sacrorum librorum, quatenam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit et declarat: vt haec ipsa vetus et vulgata editio, quae longo tot saeculorum

„vsu in ipsa ecclesia probata est, in „publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus et expositionibus pro authentica habeatur, vt „nemo illam reiicere quouis praetextu audeat, vel praesumat. Mandat „idem decretum, vt posthac sacra „Scriptura, potissimum vero haec „ipsa vetus et vulgata editio, quam „emendatissime imprimatur.



rum auctori gratias agere infinitas, eumque rogare, ut Duci nostro faueat porro, ac vitam grandaeuam et virtutibus EIVS dignam largiatur. Quod igitur laetissimo hoc die pietas vniuscuiusque ciuis monet atque exigit; id etiam Musa nostra sui officii haud postremas partes, sed omnino primas ducit esse, ut votis et precationibus NATALIS Ducis nostri etiam in Gymnasio nostro concelebretur. Et quum interpretibus indigeat, qui, quae omnium desideria sunt, publice declarent; sex Iuvenes lectissimi, atque ornatissimi, hoc auspiciatissimo die hora IV. facient verba.

I. IOANNES FRIDERICVS HINZMANN, Dobbertinensis, de Serenissimae Domus Meclenburgicae gloria, oratione aget germanica.

II. CLAMOR GEORGIVS SIBETH, Gustrouiensis, christianam religionem, quod optimas bene et feliciter administrandi rem publicam tradit regulas, carmine laudabit germanico.

III. DETLOFF CHRISTIANVS FALLENKAMPF, Eckelbergensis, de pietate DVCVM Meclenburgicorum, ex Eorum symbolis conspicua, oratione dicet latina.

IV. IOANNES CHRISTIANVS PETERSEN, Rostochiensis, Saxoniae Electoris Ioannis Friderici, Ducis Meclenburgici MAGNI II. Nepotis, merita in rem sacram, carmine exprimet latino.


V. PASCHASIVS HENRICVS HANE, Plaiensis, de eiusdem Electoris symbolo: verbum Domini manet in aeternum, orationem habebit gallicam.

VI. GEORGIVS LVDVICVS OTTO PLAGEMANN, Spornizensis, de meritis Ducum Meclenburgicorum




in rem Sacram tempore Lutheri, carmine canet germanico.

Vt igitur omnium ordinum Patres, Proceres, ac Ciues eruditi hos iuuenes oratores beneuole et amice audiant, nec minus in Musas nostras fauorem suum, quam in Principem optimum pietatem, honorifica sua praesentia declarent; est, quod obseruantissimo cultu, summaque contentione oramus atque rogamus.



GVSTROVIAE,

P. P. D. VIII. NOV. A. MDCCLXVI.




V. PASCALIVS BERNEICVS HARE, Poesitae, de eiusdem Electoris tyrbolae; verbum Domini manserit in seculum, orthodoxo, sacro gallicano.

VI. GEORGIVS AVROVICVS OTTO STACHMANN, Poesitae, de nomine Ducum Mecklenburgicorum in









als auf den Staat seyn. Er wird einer zügellosen  
heit, woraus Spaltungen, Sectirerey, Verfol-  
d Notten entspringen, mit sanftmüthigem Ernst  
hun. Er weiß es, daß die Religion, die Christus  
dem Staate gute Bürger, arbeitsame, aufrichtige,  
ehrliebe und rechtschaffene Unterthanen verschaffet.  
es, daß die so theuer erworbene Bekenntnißbücher  
irche eine Schutzwehr unsrer Ruhe und Sicherheit  
onsübungen sind. Er wird daher diese gegen alle  
ngen in seinen Schutz nehmen. Dem Höchsten  
! daß wir noch in so manchem Minister, von dessen  
Weisheit und Klugheit die Wohlfahrt ganzer  
abhänget, einen Freund Christi, der seiner Reli-  
e macht, hochzuschätzen, das Glück und die Freude

dieser Betrachtung giebt mir die milde Stiftung,  
thätige Gesinnung Sr. Excellenz des Hochwohl-  
en Herrn, Herrn Christian Ulrich von Ke-  
— — — gegen unsern Musentempel Gele-  
Nach diesem Institut, welches dem Herrn Behei-  
zum unvergeßlichen Ruhm gereichen wird, soll das  
t der Reformation des großen Luthers am 31sten  
durch eine deutsche Rede, welche der Feyer dieses  
maß ist, vor den öffentlichen Lehrstunden dem Höch-  
Preise jährlich erneuert, und unter fleißige und ge-  
schüler Bücher ausgetheilet werden. Keine Zeit  
wohl mehr die Erneuerung dieser Wohlthaten, wel-  
seiner Kirche erwiesen, als eben die gegenwärtige,  
e von so vielen verkannt werden. Der Herr Ge-  
th hatte im vorigen Jahre sein funfzigjähriges Amts-  
auf einem seiner Rittergüter gefeyret, und war  
n von dem Allerhöchsten mit vieler Munterkeit des  
und Leibes gesegneten hohen Alter von einer zahl-  
B 3 reichen

